

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Ioannis Andrae Hoffmanni Ivris Vtrivsque Doctoris In  
Academia Ienensi Collectio Selectorvm Opvscvlvm De  
Vnionibvs Electorum S.R.I.**

**Hofmann, Johann Andreas**

**Ienae, MDCCLII**

**VD18 12896357**

Capvt XVIII. Litera Intimationis Ad Eligendvm.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18247**

*CAPVT XVIII.*  
LITERA INTIMATIONIS AD  
ELIGENDVM.

§. I.

**V**obis illustri & Magnifico Principi, Domino Marchioni Brandeburgensi, Sacri Romani Imperii Archicamerario, Coelectori & amico nostro carissimo. Electionem Romani Regis, quae ex rationabilibus causis imminet, faciendam, praesentibus intimamus, vosque, ex officii nostri debito ad Electionem praefatam rite vocamus, quatenus a die tali &c. intra tres menses continuo computandos, per Vos seu per Nuntios aut Procuratores vestros, vnum vel plures, sufficiens mandatum habentes, ad locum debitum, iuxta formam sacrarum legum super hoc editarum, venire curetis, deliberaturi, tractaturi & concordaturi cum aliis Conprincipibus & Coelectoribus vestris & nostris de Electione futuri Regis Romanorum, in imperatorem postmodum fauente Domino promouendi, in eodem mansuri vsque ad plenam consummationem electionis huiusmodi, & alias facturi & processuri, prout in sacris legibus super hoc deliberate editis, inuenitur expressum. Alias non obstante vestra seu Vestrorum absentia, in praemissis vna cum aliis Conprincipibus & Electoribus nostris, prout legum ipsarum sancit auctoritas, finaliter procedemus.

*CAPVT XIX.*

FORMA PROCVRATORII MITTENDI  
PER EVM PRINCIPEM ELECTOREM, QVI  
NUNCIOS SVOS AD ELECTIONEM  
FACIENDAM DVXERIT DE-  
STINANDOS.

§. I.

**N**os &c. talis Dei gratia, &c. sacri Imperii, &c. Notum facimus tenore praesentium vniuersis, quod cum electio

ctio

